

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Dehortatio, ne puellae in gyros ducantur:& causa cur choreae institutae  
sunt

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

tem, non ad solitudinem animalium & rationalium  
ac irrationalium. Conditus autem est homo, ut si-  
mul essent duo, masculus et foemina: ex quorum con-  
iugio Deus aeternam Ecclesiam sibi colligit. Et o-  
mnipotens Deus non propter solitudinem, sed pro-  
pter ceteros hominum sacramenta, & sacras concio-  
nes, ex quibus consolations durabiles percipiun-  
tur, in Ecclesia ordinavit. At e regione solitudo pa-  
nit pessimas tristitias: quaeque in mentem nobis ue-  
nient, accuratius omnia mala consideremus. Et si  
quid est aduersi in rebus nostris, id quam maxime  
ipsi nobis amplificamus: atque ita quasi nemo nobis  
sit infelior, pessimum euentum rerum omnium  
fingimus. breuiter, alia ex alijs cogitamus, eaque o-  
mnia in peiorum partem interpretamur. Econtra  
felicissimos alios esse fingimus: & grauiter ang-  
mur, quod his bene, nobis autem male sit.

Dehortatio, ne puellæ in gyros ducan-  
tur: & causa cur choreæ insti-  
tutæ sunt.

Intelligimus quosdam in choreis publicis sibili-  
centiam permittere quarundam ineptiarum, que  
non decent, & interdum afferunt periculum puel-  
lis saltanibus. Cum autem choreæ non debeant  
esse barbarici aut turpes ludi, sed institutæ sint  
disciplinæ causa, ut honesta officia adolescences di-  
scant

seant exhibere foemineo sexui: habent honestas  
causas choree. Quare non est permittendum, ut  
mos ad disciplinam & humanitatem institutus, deo-  
praetur obsecnitate uel scurrilitate. Prohibemus  
igitur, inter saltandum in gyros circumduci puel-  
lus, ut sit à quibusdam. Prohibemus & alia inhone-  
sta exempla. Chorea habent nomen à choris, qui  
non tanquam constant harmonia cantus, sed etiam  
gestuum & morum. Hæc harmonia non est per-  
turbanda. Sed mos honestus, honestè colendus est.  
Si quis contra hoc edictum fecerit, in hunc seuerè  
animaduertemus. Postremò petimus, ut memine-  
ritis scholam esse officinam uirtutum: & præcipue  
nos in Christiana schola decet piè praefare, ne  
proper mala exempla, doctrina religionis male  
audiat. Mandamus igitur, ut in omni consuetudine  
uitæ modesti sitis, ac tranquilli.

Rector Academiæ Vitebergensis.

Reuerendo viro, &c. D. Doctori Iusto Io-  
næ, &c. Rector, Magistri & Doctores  
Academiæ Vitebergensis.

S. D. Reuerende Domine doctor, & amice ca-  
risime, hodie mane tristissimas literas accepimus,  
quarum alteræ ad illustrissimum principem Elea-  
storem, alteræ ad reuerendum dominū pastorem  
Ecclæ-